

# **Proroga della vacatio legis dell'“ Ordo Unctionis Infirmorum,,**

---

*Decreto trasmesso dalla Nunziatura Apostolica in Italia, con lettera n. 5044/74 del 23.I.1974.*

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

D E C R E T U M

quo vacatio legis de Ordine Unctionis infirmorum prorogatur

Constitutio Apostolica *Sacram Unctionem infirmorum*, a Summo Pontifice PAULO VI die XXX mensis novembris 1972 edita, statuit, ut *Ordo Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae*, ab hac Sacra Congregatione recognitus, a die 1 ianuarii 1974 ab omnibus adhiberi deberet.

Nonnullis Conferentiis Episcopilibus potentibus, ut vacatio legis eiusdem Ordinis prorogaretur, quo maiore cum tranquillitate populares interpretationes confici possent, Sacra haec Congregatio pro Cultu Divino, de mandato Summi Pontificis PAULI VI, ea quae sequuntur decernit:

1. Novus *Ordo Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae* in celebrationibus lingua latina peragendis iam adhiberi potest.

2. Conferentiae Episcopales current, ut eiusdem Ordinis interpretatio popularis quamprimum perficiatur et diem definit quo huiusmodi interpretatio, ab ipsis approbata et ab Apostolica Sede confirmata, in usum recipi debeat. A die autem quo editio vulgaris Ordinis vigere incipiet, novus tantum Ordo Unctionis infirmorum, sive in lingua latina sive in lingua vernacula, assumendus erit.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 10 ianuarii 1974.

*De speciali mandato Summi Pontificis*

IOANNES CARD. VILLOT, *Secretarius Status*

+ A. BUGNINI, *a Secretis*